



Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiarium reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

Principium 3. Sanctius est impunitum relinqui facinus nocentis, quàm
innocentem damnare.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

Ratio.

Quia ejusdem est cognoscere & judicare, ergo cum iudex occulta seu interna peccata cognoscere ordinariè non possit, de iisdem etiam judicare non debebit.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Etiam si quis leviter percussus corporum habuerit intentionem graviter nocendi, non tamen excommunicationis pœnâ feriri posse, uti Bonac. apud eum Busenbaum l. 7. c. 1. ex communi docet.

Deducitur 2. Eum, qui Hæresin tantum occultam fortis pœnis Hæreticorum non subjacere, uti Laym. l. 1. tr. 1. c. 1. n. 1. ex communi docet.

Deducitur 3. Eum, qui propositum habuit furandi, impeditur, quò minus propositum exequi possit, non potest velur furem puniri, uti plurimi Authores apud & cum Laym. l. 1. tr. 4. c. 4. n. 5. docent, quia, ut c. 1. 15. q. 6. dicitur, non potest humano judicari examinae, quem Dominus suo referat iudicio.

PRINCIPIUM III.

Sanctius est impunitum relinqui facinus nocentis, quàm innocentem damnare.

Sensus.

Hoc est, si de delicto alicujus non satis constat, sed dubium est, an vel omnino sit patratum, vel certe cum sufficienti deliberatione commissum, tum rectius sine pœna diffinitur, latur, quàm ut infligendo supplicium incurratur periculum, ne, si culpa non subsit, innocens puniatur.

Authoritas.

Desumptum est ex le. absentem ff. de pœnis & refectione. P. Gobat. tr. 2. exeg. n. 281. & in accus. canon.

Ratio.

Quia, cum partium jura sunt obscura, Reo potius favorandum est, quàm actori; atqui in tali casu lex quo damnatur actor est, reus verò ipse, qui dubium delictum commisit. præterea ex dissimulatione nullum damnum per se sequitur.

curri parti, sequeretur autem grave damnum, si culpā
non subsistente innocens plecteretur.

Praxis.

Hinc deducitur 1. Si ebrius aliquem occidat, nec certo
punitur, quod eā intentione se inebriaverit, spectato jure na-
turali vel omnino non puniri posse, uti Molina. Fern.
Liquatus & alii apud & cum P. Gobat in acc. Canon. c. 20. n.
accidenter; vel certè mitiori, quàm ordinariā pœnā punien-
tem esse. uti Azor, Fagund & multi alii ibidem cc. docent.

Deducitur 2. Si dubium sit, num pœna aliqua certo vi-
debita sit, non debere pœnam ejusmodi in ipsum decer-
ri, si aliunde pœna talis non nisi ab illis, qui latam esse nõ-
nunciacurri supponatur, uti iterum Authores in materia de
pœnis docent.

Deducitur 3. Eum, qui prudenter dubitat, utrum Filius
suis ex adulterio conceptus sit suus, non posse à Judice ad
testamentum compelli; uti S. Anton. Silvest. Navarr.
& plures alii epud & cum P. Gobat. in accus. canon. c.
1. 4. 1. fecerunt.

PRINCIPIUM IV.

respiciatur Personæ diversitas, non patitur
ferendæ sententiæ æquitas.

Sensus.

Hoc est, ut Judex legitimè fungatur officio suo, & æqui-
tatem in sententia ferenda certius observet, non debet respi-
ciere qualitatem Personarum, quæ judicandæ sunt (an sci-
ant divites vel pauperes, nobiles vel ignobiles domesti-
ci vel extraneæ) sed præcisè ad merita & circumstantias
causæ vel litis attendere.

Authoritas.

Defumptum est ex cap. Novit. de judic. & Extrav. de
rehabilit. c. non omnes. Item 2. q. 3. c. si quis Presbyter. ac com-
munis sensu Doctorum. Imò & ipsa S. Scriptura Lev. 19. ubi
dicitur: *Non consideres Personam Pauperis, nec honores vultus
potentis, iuste iudica Proximo.* Et Deut. 1. *Nulla erit di-
versitas Personarum, ita parvum audies ut magnum.*

M m 3

Ratio.